UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

Calepino, Ambrogio

[Wien], 1512

VD16 VD16 C 227

C Ante R

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

dicta ſunt. Petronius. Affert nobis inquit alabaſtꝝ coſmiani. Coſmicus adiectiuũ: idẽ quod mũdanus. Microcoſmus: minoꝛ mundꝰ: quo nomine vtit̃ Ariſtoteles ꝓ homine.

Coſmographia cũ accẽtu ĩ penul. mũdi deſcꝑtio. Coſmographus pe. coꝛ. deſcriptoꝛ mũdi.

Coſmeta penul. ꝓduc. oꝛnatoꝛ/ ſiue ancilla ſeruiẽs dominę ad oꝛnatũ. Iuue. Ponunt coſmetę tunicas. Et coſmeta impatoꝛ dicitur.

Coſtus fę. generis: et coſtũ radix magni odoꝛis/ ſeu arbuſcula aromatica. Hiero. ꝯtra Ioui. Quõ aũt ꝟginitati aię nõ pręiudicat imitatio virginũ diaboli: ita ꝛ veęis ieiunijs coſtũ Iſidis ꝛ cybele/ ꝛ quoꝛundã ciboꝝ in ęternũ abſtinentia.

Coſta. Vir. Et pede ſubigit terrã: fricat arboꝛe coſtas

Coſyros pe. coꝛ/ nomen inſulę ſiculę. Unde coſyrij dicunt̃. Coſyra ꝟo vnde coſyrei: aphꝛicana inſula eſt Sunt tñ qui vnã inſulã eſſe velint.

Cotię: alpes dictę ſunt a Cotio rege: qui ꝑdomitis gallis eas extruxit molibus magnis/ cõpẽdiarias ꝛ viãtibus opoꝛtunas.

Coticula diminutiuũ eſt a cote: licet nõ ſeruet ſignificatũ primitiui. Non eñ eſt parua cos/ ſed lapis quo fit auri vel argenti experimentũ. Modicus quidem eſt et raro quaternas vncias longitudinis/ binaſqꝫ latitudinis excedens.

Cotile pe. coꝛ. gręce κοτυλη omne concauũ poculi et menſurę genus ſextarius: iunctura coxę cũ natibus/ ꝛ pondus nouẽ vnciaꝝ.

Cotylũ ſcribit Strabo vocari locũ in Ida mõte: vnde Scamandri et Granici ꝛ Aeſopi fluminũ oꝛigo. xv. mil. paſ. a ſcepſi: et inde nomẽ cotylo/ quaſi cõcęptaculũ ꝛ accęptaculũ ſignificet.

Cotyla: eſt vas ſiue poculum ad potandum/ quo Diogenes cynicus vſus eſt: anteqꝫ vidiſſet puerũ manu concaua bibentẽ.

Cotidie: qꝫuis a quoto ꝛ die cõponatur: per c. ꝛ non ꝑ q. ſcribendũ eſſe quidã exiſtimant: quia tanta eſt affinitas inter c et q. vt q. in c. mutari facile patiatur: vt ſeqũoꝛ ſecutus/ loquoꝛ locutus/ q̇s cuius. Uñ Quintilianus lib. pꝛimo. Inſti. Frigidioꝛa his alia: vt q̇cquid c. quartam haberet/ ne interrogare bis videremur: ꝛ quotidie nõ cotidie: vt ſit quot diebus. Verũ hęc iã etiã inter ipſas ineptias euanuerũt. Victoꝛinus quoqꝫ libꝛo de oꝛthographia: ꝑ c. capitalẽ litterã ſcribere pręcępit/ ſic inquiẽs. Quãuis eñ cocus a coquendo/ ꝛ cotidie a quoto et die deriuata ſint: ꝑ c. et nõ ꝑ q. ſcribenda ſunt.

Cotones penultꝰ. coꝛre. a coton poꝛtus in mari arte et manu facti. Qui etiã Cotonia ſm Seruiũ dicuntur. Coton etiã nomen vꝛbis eſt in Syria: a qua hęc cotana vel coctana pluralis tñ numeri dicta ſunt ꝓ quodã ficus paruę genere. Mar. Paruaqꝫ cum canis venerunt cotana pꝛunis. Pli. lib. xiij. Syria in ficoꝛum genere habet caricas et minoꝛes eius generis quę cotana vocant.

Coturnix: auis aduena terreſtris magꝭ qꝫ ſublimis: noſtri qualeã dicunt: gręce oꝛtyx. Unde oꝛtygometra. Dicta coturnix auctoꝛe Feſto a ſono vocis.

Cottonũ: nõnulli bombatiũ: vulgares indocti bombicẽ: litterati xylon/ ſiue goſſipion appellãt: genus illud lini candidiſſimũ ex ęgypto.

Cothurni/ tragica calciamenta quibus calciantur tragedi: qui in theatro dicturi ſunt alta voce. Suidas. κοθορνοσ υποδημᾶ αμφο τεροδεξιον. Eſt autem calciamenti genus humile in modũ crepidarũ: ſed tale eſt vt dextro et leuo pedi conueniat. Aliquando capitur pꝛo calciamento ſubleuato ſubere/ quo mulieres grandioꝛes appareant. Iuue. Si breue parui ſoꝛtita eſt lateris ſpaciũ/ bꝛeuioꝛqꝫ videtur, Virgine pygmea nullis adiutã cothurnis. Aliquando pꝛo alto dicendi genere. Virgilius. Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno. A cothurnꝰ fit cothurnatus a. um. Mar. Grãde cothurnati pone maronis opus.

Couinũ rheda. Unde Couinarius eques a Tacito nũcupatur: qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui equos couinarios cataphꝛattos intelligunt. Idẽ in vita Agricolę. Modia campi couinarius eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat.

Coxa et Coxendix pꝛo eodem accipiuntur. Varro libꝛo pꝛimo de re ruſtica. Lata fronte/ naribus ſimis/ lato pectoꝛe/ craſſis coxendicibus. Sunt qui coxendicẽ ſeu coxam intelligant coxarum vertebꝛũ quo femoꝛa vertuntur: quod gręce ισχιον. Unde Iſchias dici dicuntur coxendicibus laboꝛantes. Plinius lib. xxv. Coxendicibus et articulis omnibus cũ axungia vtiliſſima. Cato incantamentũ docet ad ſanãdas coxendices luxas: Hoc eſt/ loco ſuo motas. Suetonius de Auguſto. Coxendicę et femoꝛe et crure ſiniſtro non perinde valebat/ vt ſępe etiam inde claudicaret. Plinius in epiſtolis. Hunc dũ ſequitur colligitqꝫ ꝑ lene et lubꝛicum pauimentũ/ fallente veſtigio cecidit/ coxamqꝫ fregit: quę parũ apte collocata reluctante ętate male coĳt. Celſus libꝛo quarto. Coxis pꝛoxima ſunt genua: de oſſe dixit.

C Ante R

Cranos ſiue Cranium: apud gręcos: ſignificat capitis caluariam.

Crantoꝛ: ſolenſis academicus philoſophus: fuit Xenocratis Platonis diſcipuli condiſcipulus Polemonis: qui nouis opiniõibus academiã platonicã repleuerunt. Hic ſcripſit librũ de cõſolatione: quẽ Cicero emulatus eſt. Perijt aquę intercutis moꝛbo. Taxauit ſtoicoꝝ indolentiã: q̃ eſſe nullo mõ põt/ niſi plane hoiem ſaxeũ eſſe velimꝰ/ ꝛ omi ſenſu carentẽ.

Cras: nõ ſolũ ſm conſuetudinẽ accipit̃ ꝓ die ꝓxime futuro: ſicut Heri pꝛo die ꝓxime elapſo: ſed etiã ꝓ futuro tẽpoꝛe: vt in ſacris litteris loquitur phitoniſſa ad Saulẽ. Cras eris mecũ. Et libꝛo Gen. dixit Iacob. Exaudiet me cras iuſticia mea.

Craſtinus craſtina craſtinũ: penultima coꝛrepta: a cras fit: ſicut ab heri heſternus: vt Dies craſtina. Et nõ ſolũ ꝓ die ſequẽti hodiernũ/ ſed ꝓ quolibet alio. Virgi. Si ꝟo ſolẽ ad rapidũ lunaſqꝫ ſequẽtes Oꝛdine reſpicies: nũqꝫ te craſtina fallet Hoꝛa.

Craſtino aduerbiũ: idẽ qꝺ cras. Gel. Si dñs meſſium ad amicos reiecit craſtino ſeges nõ metet̃.

Craſtino craſtinas: ſignificat diem de die trabo et differo. Hinc pꝛocraſtino et recraſtino eiuſdẽ ſignificationis. Hierony. ad Paulinũ. Scilicet niſi tu ſemꝑ recraſtinãs/ et diẽ de die trahens: caute ꝛ pedetẽtim tuas poſſeſſiũculas vendideris: non habet Chꝛiſtus vnde alat pauperes ſuos.

Craneũ: gymnaſiũ erat apud Coꝛinthũ. Cice.

Craſis: latine dici põt tẽperamentũ/ cõplexio/ mixtio.

Craſſus: pinguis/ groſſus/ ac põderoſus. Hinc craſſicies ꝛ craſſitudo ꝓ pinguedine. Craſſare: pinguẽ facere: vt Incraſſatꝰ/ impinguatus recalcitrauit. Graſſoꝛ ꝟo ꝑ g. aliud ſignificat.

Craſſamentum: groſſicies. Gellius. Surculi duo erãt teretes oblonguli pari craſſamento eiuſdem longitudinis/ deraſi atqꝫ oꝛnati ſimiles. Sic Colu. Craſſamentũ vini feculenti dixit. Idem libꝛo vltimo Craſſamen. Semꝑ inquit in re quieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

Craſſeſcere: eſt pinguẽ fieri. Columella lib. ix. de turturibus. Nec quia tritico vel alijs frumentis minus craſſeſcant: verũ ꝙ ſemine eius maxime delectantur,

Interdū eſt groſſum ſiue denſū fieri. Pli. lib. j. Qui neqꝫ in nebulā denſet ne craſſeſcat: id ē groſſus fiat. Aug⁹. Incorpore⁹ carne veſcit: ſermo craſſeſcit.

Cratos latine: dicit̃ potētia / imperiū.

Cratera penultima ꝓducta et generis maſculini: ſiue Crater crateris: cuppa grandis ac patēs: απο του κρατειν: quod eſt tenere / capere. Vel potius quod eſt miſceo. Quidam aiunt tres vrnas continere. Urnam vero quartarium dici certum eſt: ꝙ quattuor ſextarios contineat. Horacius i Ser. Siue grauis veteri cratere lim⁹ adheſit. Statius libro decimo Thebaidos. Et bacchus in altos crateras pateraſqꝫ redit. Virgili⁹. Craterasqꝫ duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Ab huius vaſis ſimilitudine / Crater in monte ethna appellat⁹ eſt foramen illud per quod ignis euomitur. Ouidius. Et pronos currus medio cratere recepit. Et Crater in fontibus dicitur receptaculum: quod et labrum dicitur / ex quo fiſtulis aqua decurrit / ſicut et caſtellum. Et crater ſignum celeſte q̄d orit̃ decimoſexto Calendas Martij veſpere. Aſcen. Cratera nominatiui caſus ⁊ prime declinationis: feminini eſt generis: licet fiat ab accuſatiuo tertie / q̄ eſt maſculini: ſicut etiam panthera / ſtathera. Quocirca vbi crateras accuſatiui caſus maſculinū legeris: dixeris eſſe tertie / nō prime.

Cratippus: fuit teſte Plutarcho ph̄us peripateticus: de quo Cice. libro. iij. offi.

Cratylus cum y. nomen ph̄i: cui Plato librū de ſignificatione nominū inſcripſit.

Cratinus fuit poeta comicus clarus apud Athenienſes: de quo Horacius. Eupolis atqꝫ cratinus ariſtophaneſqꝫ poete.

Crates is: notā habet ſignificationē. Unde craticius a. um. quod eſt factū ex cratibus. Crates etiā nomen eſt philoſophi Thebani: qui vt philoſophie vacare poſſet: ꝓiecto in mare non paruo auri pōdere. Abite inquit peſſum male cupiditates: ego vos mergā / ne ipſe mergar a vobis. Neqꝫ putauit ſe poſſe et virtutes ⁊ diuitias ſimul poſſidere.

Crathis cū th. aſpirato: nomen eſt duorum fluuiorum: quoꝝ vnus ē apud Achiuos: alter apud Calabros: Ouid. lib. xv. Metam̄. Crathis et hinc ſybaris noſtris contermin⁹ oris Electro ſimiles faciūt auroqꝫ capillos. Et lib. Faſ. iij. Eſt ꝓpe piſcoſos lapidoſi crathidis amnes Paruus ager.

Craterus penultima correpta: nomen viri ꝓprium. De quo Perſius in tertia ſatyra. Et quid opus cratero magnos ꝓmittere montes.

Cratio is. cratibus operio. Plinius lib. xviij. Utiliſſimū ſimul et herbe arare: deinde cratire: ſerere florē ex fenilibus atqꝫ ex p̄ſepibus feno dilapſum ſpargere priuſq̄ꝫ cratiantur.

Crapula penultima correpta: grece κραιπαλη: ſiue quaſi lucta capitis. Dolores eīm et vertigines i eo vinū facit / reſinatū maxime. Nā ⁊ medicamenta quib⁹ vini leuitas excitat̃ / crapule dicunt̃. Siue απο του πηδου: qua voce (vt Photion ait) poete vinū ſignificāt: quia παλλειν: id eſt vibrare faciat.

Creber: frequens. Hieronym⁹. Quā creber in oratione eſſet. Hinc aduerbiū Crebro / crebritas et crebritudo ꝓ frequentia.

Crebreſco cis. crebui: celebris fio et diuulgor. A quo percrebreſco.

Credo credis: credidi: creditum: ex cre et do / ſm̄ Priſcianum: q̄ſi a cretū et do. Et ſignificat dictis vel factis fidem habeo. Cicero libero quarto ad Herennium. Nimium quirites creditis vnicuiqꝫ: cum eſtis ſimplicibus et manſuetis animis. Nonnunq̄ꝫ credere eſt confidere. Virgilius. Nimium ne crede colori. Saluſtius. Virtuti ſatis credebant. Aliquando fidei cōmittere / ſeu ſeruandum tradere. Plautus in Aul. Ubi is obijt mortem qui mihi id aurum credidit. Cicero lib. iiij. ad Heren. Nam cum canes funguntur officijs luporum: cui nam preſidio pecuaria credemus? Et nō ſolum tradere / ſed etiam reuelare ac manifeſtare ſignificat. Lactantius lib. iiij. Iudeis quoqꝫ quibus ſolis arcanum dei creditū fuerat. Interdum mandare. Columella libro ſecundo. Ut iam percenſeamus quot operis in aream perducantur ea que terre credidimus. Quandoqꝫ mutuare. Mar. Dimidium donare ligno q̄ꝫ credere totum. Qui mauult mauult perdere dimidiū. Hinc creditor et creditum. Et ſi conſtruatur cū accuſatiuo mediāte in: ſignificat imittere / inijcere. Virgilius lib. ij. Georgicorū. Inqꝫ nouos ſoles audent ſe gramina tuto Credere. Inter Credere deo / credere deum / et credere ī deum: eccleſiaſtici hoc intereſſe putant: ꝙ credere deum / eſt credere deū eſſe. Credere deo / eſt fidē habere deo / ſiue verbis eius. Credere ī deū / eſt fide bona ſe conijcre in deum. Primū bonum. Secundū melius. Tertiū optimū. Huius verbi cōpoſita ſunt Accredo / concredo: quod eſt omnino credo / ſiue cōmitto. Columella in p̄fatione. Iāqꝫ qui edificare velint fabros ⁊ architectos aduocēt: qui nauigia mari cōcredere gubernandi peritos: veteres creduas ꝓ credas dicebāt. Plau. Ipſus nec amat nec tu creduas.

Creditor dicitur cui debet̃ ex quacunq̄ꝫ actione vel ꝓſecutione vel iure. Caius de Uer. ſig. Creditorum appellatione non hi tm̄ accipiuntur qui pecuniā crediderunt / ſed omnes quibus ex qualibet cauſa debetur: ſi cui ex empto vel ex locato / vel ex alio vllo contractu debetur.

Creditū appellat̃ id quod nobis debet̃.

Credulus: q̄ oīa facile credit. A quo credulitas: credēdi facilitas. Incredulus: qui nō facile credit.

Credibile: quod ita veriſimile eſt / vt facile credi poſſit. Huius cōtrariū eſt Incredibile.

Cremaſteres nerui: a quibus teſtes dependent. Columella libro ſeptimo. Priuſq̄ꝫ ferrū admoueas: duab⁹ anguſtis ligneis tegulis veluti forpicibus app̄hēdere: et ipſos neruos quos greci κρεμαστηρας ab eo appellant: ꝙ ex illis genitales partes dependēt compreñſos precipit.

Cremera pe. cor. fluuius apud quē Fabij a Ueientib⁹ occiſi fuere. Iuue. Quid cremere legio.

Cremo as. cui⁹ paſſiuū eſt Cremor. Hiero. i Leui. Cū q̄ꝫ cremati eſſent adipes ſuꝑ altare. Hui⁹ cōpoſitū ē Cōcremo. Liu. Incluſi cū ꝯiugib⁹ ac liberis domos ſuꝑ ſeipſos cōcremarunt.

Cremor apud Catonē accipit̃ ꝓ lacte expreſſo ex grano aqua macerato.

Creare ꝓprie eſt d̄ nihilo aliq̄d facere: q̄d etiā ad hoīes ꝑtinet / nō ſolū ad deū. Aug⁹ lib. iij. de ciui. dei. Alba illa quā filius Enee creauit: Aſcani⁹ Rome mater. Hinc creator / creatio / creatrix / creatura. Cōpoſita: ꝓcreo: q̄d ꝓ ſimplici ponit̃. Recreo ꝓ inſtauro: ⁊ quaſi nouā carnē facio. Pli. Sic eīm defecta lōgis egritudinibus corpora recreant̃.

Crepida de. penul. correpta: ⁊ Crepis idis. teſte Seruio: Thuſcum calciamentum quod corrigijs ligabatur. Suidas: κρηπις θεμελιον η ειδος υποδηματος ητους ποδας κρατουσα υποβαθρα. Miror ꝙ quidā poeta primā corripuerit: ſed fuit: quia η in ε mutauit ſm̄ Dialecticos linguarū. Perſius vero oſtendit fuiſſe grecum / cum ait. Non hic qui in crepidis graiorum ludere geſtit. Huius diminutiuum eſt crepidula. Gell. libro. xiij. Crepidas et crepidulas id genus calciamenti appellarunt: q̄d greci κρηπιδας vocant. Et paulum ſupra. Omnia inquit ferme id genus quibus plantarū calces tm̄ in

ſiue teguntˀ cetera prope nuda et teretibus habenis
iuncta ſunt/ſoleas dixerunt:nõnunq̃ voce greca cre/
pidulas. Hora.in Ser. Chryſippus dicat ſapiẽs cre/
pidas ſibi nunq̃ Aut ſoleas fecit. Quidã hoc nomẽ
a crepitu/hoc eſt a ſono quem ambulãdo reddunt di/
cunt appellatum.

Crepidarius rij.qui crepidas cõficit. Crepidariꝰ a um.
quod ad crepidas pertinet. Gel. Sempronius aſel/
lio lib.rex geſtax.xiiij. Crepidariũ inquit cultellũ ro/
gauit a crepidario ſutore.

Crepido pe.ꝓdu.ſignificat oram terre quam aqua al/
luit:ex hoc appellata/ꝙ ibi aqua alluens crepitat ſcũ
currit/aut vndas appellit. Colu.lib.ix. Preiaciuntˀ in
gyrũ moles. Sic em̃ maris atrocitas obiectu crepi/
dinis frangitur:ꝛ in tranquillo cõſiſtens piſcis/ſedi/
bus ſuis nõ exturbatur. Per tranſlationẽ ꝟo ꝛ putei
extremã orã que ad ipſũ puteũ reſpicit: que vulgo di
citˀ os putei:ꝛ editioris cuiuſq̃ loci extremitatẽ ſole/
mus crepidinẽ appellare: vt a Hiere. In crepidie vie.
Sene. Quis crederet iacentem ſuper crepidinẽ ma/
rium aut fuiſſe/aut futurum conſulẽ? Unde etiam ꝓ
abrupti ſaxi altitudine ponitˀ. Uirgilius li.x. Forte ra
tis celſi cõiuncta crepidine ſaxi. Expoſitis ſtabat ſca/
lis et ponte parato.

Crepo pas.pui.itum. Ũn crepitus. Crepare: ſonare.
Plau.in mene. Dic mihi nunq̃ tibi inteſtina crepãt.
Cui ille reſpõdet. Ubi ſatur ſum/nulla crepitãt:quã/
do eſurio/crepãt.i.murmurãt ꝛ ſonant:id quod inte/
ſtinis inanibus accidere ſolet. Per tranſlationẽ po/
nitur ꝓ dolere/queri/accuſare. Horatiꝰ libro.j. Car.
Quis poſt vina grauẽ militiã aut pauperiẽ crepat.
Itẽ pro ferire. Cice.lib.iiij.offi. Itaq̃ ſi vir bonꝰ ha/
beat hanc vim: vt ſi digitis cõcrepuerit: poſſit in lo/
cupletum teſtamenta nomen eius irripere. Item ꝓ
frangi. Uirgiliꝰ. Et acuto murice remi obnixi crepu
ere. Item pro incitare. Turpilˀ. Age tu hymeneũ in/
crepa. Hinc componuntur cõcrepo:perſono. Hiero
ny.in Ioſue. Buccinis omnia concrepabant. Incre/
po/percrepo: valde crepo. Cicero in Uer. Locũ iſtũ
lictoris percrepare totũ mulierũ vocibus cãtuq̃ ſym
phonie. Et habẽt penul.cor.

Crepito tas.pe.cor:de Cymbalis et huiuſmodi dicitˀ:
q̃uis et de aliis rebus dici poſſit ꝓ crepitum facere.
Augꝰ lib.xxj.de ciui.dei. Eundemq̃ faceret aqua ve/
lut in igne crepitare.

Crepitus: ſonitus et cõcuſſio qui ex impulſu reſultat:
vt pedentis: quos ſtoici liberos eſſe aiunt. Plautꝰ in
Cur. Ubi quid ſurripuere operto capitulo calidũ bi
bunt triſtes/atq̃ ebrioſi incedũt: eos ego ſi offende/
ro/ex vno quoq̃ eorũ eiiciã crepitũ polentariũ. Et cre
pitus plagarũ dixit Ci.in verrinis.

Crepitaculum: ſiſtrum inſtrumentũ quod manibꝰ per/
cuſſum reddit ſonum.

Crepitulum: ornamentũ capitis: quod in capitis mo/
tu crepitum facit.

Creperus a.um.penul.cor.idẽ quod dubius. Ũn cre/
perum: bellũ anceps et dubiũ. Et ſenes decrepiti in
dubio vite conſtituti.

Crepuſculum: lux dubia que fit ante ſolis ortum et an/
te occaſum: a Crepero: quia tunc multis dubium eſt
an ſit iam nox. Plinius. Oriente ſole aut occidente
matutini.veſpertini ve cognomiari: prout alterutris
eorum mane vel crepuſculo contingit. Col.libro.vij.
Iuxta conſeptum ſaxis et canalibus ſal ſuperiectus:
ad quẽ ſature pabulo libenter recurrunt/cũ paſtora/
li ſigno quaſi receptui canitur. Nam id quod ſemper
crepuſculo fieri debet: vt ad ſonum buccine pecus ſi
quod in ſiluis ſubſtiterit ſepta repetere conſueſcant.
Luca. Longa repercuſſo micuere crepuſcula phe/
bo. Hinc crepuſci apud Sabinos nominati: qui eo
tempore erant nati. Et Sidonius horam veſpertinã
crepuſculas centum dixit.

Crepundia dicuntˀ prima munuſcula que dantur pue/
ris: vt ſunt faſciole linteoli: veſtes/bulle coralia/enſi/
culi/crepitacula ꝛ puerilia ornamẽta hm̃oi quibꝰ pu/
eri nutricantˀ: a crepando.i.tinniẽdo dicta: quoniã in
fantes huiuſmodi crepitaculis maxie gaudẽt. Plau.
Sunt crepũdia? Ecca: video: qua facie ſunt? Enſicu/
lus aureolus p̃mũ litteratus poſt altrinſecus ſecuri/
cula anceps. Itẽ aurea littera/ poſt hec ſiccula argẽ
teola/ꝛ due ꝯnexe manicule/ꝛ ſucula/ꝛ bulla aurea ẽ
quã pater dedit mihi natali die. Plini.lib.xj. Seme
ſtris locutus eſt Creſi filius in crepũdiis: quo ꝓdigio
totũ id concidit regnum.

Creſco creſcis: creui: ſicut cerno. Creſcere augeri eſt.
Iuuenalis. Creſcit amor nummi quantũ ipſa pecu/
nia creſcit. Hinc crementũ pro augmento. Huiꝰ cõ/
poſita ſunt Accreſco: adaugeor. Cõcreſco: ſimul cre/
ſco et cõiungor. Unde concretũ: conglutinatũ. Uir/
gilius. Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Idem. Concreſcunt ſubite currenti in flumine cruſte:
id eſt congelaſcunt. Decreſco: diminuor. Hierony/
mus libro ſecũdo Regũ. Domus Dauid ꝓficiens/ꝛ
ſemper ſeipſa robuſtior: domus aũt Saul decreſcẽs
quotidie. Excreſco/increſco: valde creſco. Itẽ libro p̃
mo Reg. Increuerũt ſerui qui fugiunt dominos ſu/
os. Unde incrementũ. Recreſco: rurſus creſco. Plĩ
nius lib.ix. Circa coronã veſci illis auulſas etiã aiũt:
ꝛ ex relictis radicibꝰ recreſcere. Succreſco inferiꝰ vl̃
paulatim creſco/ſupcreſco.

Creta e.ꝛ crete es.inſula in medio ponto centũ vrbiũ/
fama clara: que (vt ſcribit Stra.) a ſeptẽtrione egeo
alluitur ſimul et rhetico pelago/ab auſtro aphro: ad
occidentem egilam et cytherã ſpectat. Ad oriencem
carpathon. Habet in lõgitudine.cclxx.milia paſſuũ:
in latitudine q̃nquagita milia. Circũitus eiꝰ.dlxxxix.
milia paſſuum complectitˀ. Inſignes in ea vrbes ſũt
Cortina/Cydonea/Gnoſum/Minois regia: ꝛ Stra
bonis chyrographi patria. Nullũ in Creta anial no
xiũ eſt: optimiq̃ vini feraciſſima eſt. De qua Uirgl.
Creta Iouis magni medio iacet inſula põto. Mõs
ideus vbi et gentis cunabula noſtre Centum vrbes
habitãt magnas vberrima regna. Dicta eſt Cureta
ab habitãtibus curetibus/ꝛ p ſyncopã creta. Alii di/
cunt cretã dictã a Crete quodã Iouis filio Euretum
rege. Alii a crete nympha Heſperidis filia. Arrianꝰ
nõ a crete/ſed a Cres cretis gtĩn faciente nomiatã di
cit ab eo qui Iouẽ abſcõdit i mõte Lyceo. Ũn Creſ/
ſa tm̃ fe.genere.i.cretẽſis. Similitˀ Creſſeus ꝛ Creſ/
ſius. Sunt aũt hec nomia que ex maſ.femininũ ad ſi
milẽ formã mittũt.ſ. Cres creſſa: Libyx libyſſa. Phe
nix pheniſſa. Magnes magneſſa. Thrax thraiſſa.
Tibul. Etiã phebo gratiſſima dona Cres tulit. Au/
ſo. Prepetibus pẽnis ſuper aera vectus hõ cres. A
crete ꝟo fiũt Creticꝰ ꝛ cretẽſis. Creta etiã dicitˀ ter/
ra tenax: a Creta inſula in qua melior eſt: vel a creſcẽ/
do: qm̃ ꝓprietas eius eſt vt i macerãdo creſcat: quod i
primis crete vmbrice accidit quã vocant ſaxũ: que nõ
niſi poliendis veſtibus adhibebatur dumtaxat can/
didis. Erant et Cimolie crete duo genera: candidum
vnum/et alterum ad purpuriſſum inclinans: vtrũq̃
veſtibus aptum: hac medici aduerſus morbos vtun/
tur. Laudatˀ et creta theſſalica. Item que argẽtaria
appellatˀ/nitorem argenteũ reddens. Uiliſſima cre/
ta qua pedes venaliũ trans mare ad vectorẽ notare
mos erat. Ũn cretatus. Iuue. Nuper in hanc vrbẽ
pedibus qui venerat albis.

Creticus a.um.quod ex creta inſula eſt/ſicut et creten/
ſis. Ũn dicimꝰ creticũ pelagus ſiue cretẽſe. Criticus
etiã iudicãs ſiue arguẽs dicitˀ κριμω Υαρ λεγεται

delibero/iudico. Juuen. Critice pelluces. Et medici dies creticos vocāt iudiciarios: i quibꝰ .ſ. de egritudinis rōne ferri iudiciū pōt: a nr̄is decretoriꝰ dicit̄.

Creticū ſubſtātiuū: genꝰ pedis eſt: q̄ cōſtat pˀma et tertia lōgis. Alio noie Amphimacrus.

Creteꝰ a. um. qđ ex creta terra eſt. Ouid. Strataqꝫ cretea̅ belua ſtrauit humū.

Cretatus ta. tū. quod eſt creta inſperſū. Plinius. Tantūqꝫ nō cū laureatis faſcibus remitti illo: vn̄ Cretatis pedibus aduenissent.

Cretoſus a. um. quod eſt creta plenū.

Crene grece/fons latine. Vn̄ hyppocrene: eq̄ fōs dicit̄.

Crene ſunt inciſure: a quibus crenata herbarum folia vocātur. Hoc eſt ſerrata/ſectaqꝫ per ambitū. Hodie quoqꝫ multis locis ſigna quibꝰ agreſtes numerū aliquē in ferulis deſcriptū habēt Crene appellant̄. In ſagitta quoqꝫ partis extreme ſectio/ in quā neruus inſerit̄ arcū tēdere volentibꝰ crena dicit̄. Sed ⁊ in ipo arcu ſūma cornua crenas ſuas habēt: in quibꝰ collocat̄ ſedetqꝫ neruus.

Creontes: nomē corinthiorꝫ regis: qui Creuſā filiā Jaſoni deſpōſauit. De quo Sene. i Medea. Alter fuit Thebanus Jocaſti oedipi regis Thebanorꝫ vxoris pater. Fuerūt ⁊ alij hoc noie.

Cribrum: inſtrumentū ex pellibus ſuillis: vt plurimū crebris pertuſū foraminibus/ ad frumenta purganda: grece dicit̄ λῖκμοσ καὶ λικμῶα. Apul. Aſpnati latrones clamorē abſonū meū cedentes hincinde miſerꝫ coriū: nec cribris iā idoneū relinquūt. Sūt et cribra que e ſetis equorꝫ farine a furfuribꝰ ſeparande gratia facta ſunt. Farinaria ſetacea ⁊ ſubcernicula dicunt̄. Sūt excuſſoria e lino ⁊ polinaria a poline: q̄ a nōnullis ab incernēdo cernicula dicta ſunt quibꝰ frumenta emundamus.

Cribro as. purgo. Cribramus em̄ triticū/ ⁊ hmōi: vt a puluere ⁊ rebus immūdis ſecernat̄. Cribrariꝰ a. um. qđ ad cribros ptinet. Pli. lib. xviij. Itē cribraria q̄ ſimili mō in tertio remāſit cribro.

Crimiſſus: ſicilie fluuiꝰ: grece κριμισσοσ.

Crimē ꝓprie dicit̄ delictū. Sene. Vitā agens ſimplicē rectā ſine crimine. Aliqn̄ crimē appellat̄ id qđ ꝑ cōtētionē alicui obijcit̄ ⁊ obtrectatio. Vn̄ criminari dicimus. Cice. Hereditatē mihi negaſti obueniſſe: vtinā hoc tuū verū crimē eſſet. Et ſic dicit̄ a Cerno: ſicut a diſcerno diſcrimē. Virgꝰ. Diſijce cōpoſitā pacē ſere crimina belli. i. ꝯtētiones ⁊ iurgia: ex quibꝰ bellū oriatur. Aliqn̄ ponit̄ ꝓ falſa ſuſpitiōe. Idē. Formidine crimē acerbat. Aliquādo ꝓ cauſa: vt apud eūdē. Et crimine ab vno diſce omnes.

Criminoſus a. um. ꝯtentioſū/cōtumelioſū/⁊ crimē inferēs. Augꝰ lib. x. cōfeſ. Nec illa res me copioſū faciat/nec illa criminoſū. Col. lib. j. Criminoſū tn̄ ſenatori fuit ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe.

Criminale: qđ eſt criminis: vt criminalis cauſa.

Criminari: eſt culpare/accuſare/cōtumelioſe reꝑhēdere. Et dicimꝰ: Criminor te furti illi/vel apud illū. Terē. Hāc metui ne me criminaret̄ tibi.

Crines: capilli a diſcretiōe dicti: ꝙ ſint diſcreti: hoc eſt: ἀπὸ τοῦ κρίνειν.

Criniculi (vt docet Amb. ſuꝑ Pſal.) ſunt qui fiūt i torquēdo. Amb. lib. de paradiſo. Nā ſi Eua: hoc eſt ſenſus pˀme mulieris accēſas habuiſſet faces: nūqꝫ ꝑuaricationis ſue criniculis nos implicaſſet.

Crinire: eſt crines emittere. Vn̄ crinitus a. um. qđ mltos ſiue lōgos crines habet. Virgꝰ. Crinitus iopas. Trāſfert̄ etiā ad arbores. Vn̄ a Papinio dictū eſt, Crinit̄ arbos ꝓ eo qđ eſt frōdeſcit.

Criſis latine dici pōt iudiciū. Vn̄ Catacriſis/dijudicatio. Chryſos cū h ⁊ y. ſignificat aurꝫ: vt Chryſoſtomꝰ quaſi os aureū. Cryſos ſine h. abſcōditū denotat.

Criticus penultꝰ. correp. iudicans ſiue arguens/ἀπὸ τοῦ κρίνω delibero/iudico. Vnde poetarꝫ interpretes: quos poſtea grāmaticos dixerunt: critici: id ē iudiciales dicebantur: qui iudicabant de poematibus: quaſi iudicantes et arguentes. Vnde Ser. ſuper. xj. Aene. dicit. Critici culpant hoc loco. Et critici dies vocātur a medicis iudiciarij: in quibus de egritudinis ratione ferri iudiciū poteſt: quos noſtri decretorios vocare poſſunt.

Criſſare: pedicare et ceuere: nō niſi magno cum pudore exponi poſſunt. Eſt em̄ primum mulierum apte ſe motantium/dum in re venerea ſunt. Juuenalis. Frictum criſſantis adorat. Alterū maſculorꝫ dū pedicātur. Mar. Sed pedicant̄ ſed pulchre neuole ceues. Ceuere etiam adulantiū geſtus ſignificat. Per. An romule ceues.

Criſa: nomen oppidi: quod Criſus Phoci filius condidit. Hinc criſeus ſinus. Sunt et alie vrbes hoc nomine appellate.

Crito: nomen phi athenienſis: qui ita Socratem amauit/ vt nunqꝫ aliquid ex his que ſunt ad vitā neceſſaria ipſi deeſſe paſſus fuerit.

Critobolus: fuit medicus: de quo Plinius libro. vij. inquit. Magna et Critobolo fama eſt extracta Philippi regis oculo ſagitta et deformitate oris curata orbitate luminis.

Critias philoſophus fuit: qui dixit animā eſſe ſanguinē/ſicut et multi alij. Vnde Virgiliꝰ purpureā aiam nominauit. Orig. lib. ij. periarchon/ſanguinē omniū animaliū animā ipſorꝫ eſſe euidētiſſime demonſtrat: ex illo qđ ſcribit̄: Nō māducabitis ſāguinē: qꝛ aia totius carnis ſanguis eſt.

Crocū venatorē fuiſſe dicunt: precibuſqꝫ muſarꝫ i aſtra relatū. Et ꝓ ſagittario ponit̄.

Crocus puer et flos qui Safranū dicit̄. Crocū herba. Hinc croceus a. um. ꝓ colore: qui vulgo dicit̄ Gialdus: vt Veſtis crocea. Idē color etiā flāmeus dicit̄. Pli. Lutei video honorē antiquiſſimū in nuptialibꝰ flāmis totū femininis conceſſum.

Croceatus a. um. quod eſt crocei coloris. Vnde dicimus pannū croceatū.

Crocotule: veſtes crocei coloris. Plautꝰ. Pathagiatam caltulā aut crocotulam. He veſtes etiā crocote appellantur.

Crocinꝰ a. um. idē qđ croceus: qđ eſt lutei coloris.

Crocinū pe. cor. vnguentū qđ crocomegna dicit̄. Fiebat ex croco trito ⁊ vino/ꝑcipue dulci. Hoc romani nō ſolū corꝑa/ſꝫ ⁊ pulpita ſpargebāt. Proper. Pulpita ſolēnes nō oluere crocos.

Crocatariꝰ: hmōi veſtiū infector. Plau. Qui incedūt infectores crocatarij.

Crocodilus pen. ꝓdu. aīal quadrupes: quaſi croceus: qꝛ crocei coloris eſt: vel ꝙ crocū fugiat: ꝙ mella cōficiētes in Egypto ſternunt: ne mel abſumāt crocodili: quoniā mirum in modū eo delectantur. Hic pre oīībus ex minimo fit maximus. Ex ouo em̄ ad duo et viginti cubitos excreſcit. Quattuor menſes hyemales nō comedit: et ſola beſtiarꝫ non habet linguā. De hoc Horacius. Stercore fucatus crocodili iāqꝫ ſudando. Fuit ⁊ crocodilon oppidū Arſinoe poſtea dictū ſimiliter ⁊ flumen.

Crocodilon ex eo dictū autumant/ ꝙ κρόκον δειλεῖ: id eſt ꝙ crocū fugit: ac eius odorē reformidat. Ex genere amphibio eſt. Viuit em̄ in terra ⁊ in aqua. Huius ſtercus medicamentū eſt faciei quod crocodileā vocāt: vt Plinius ⁊ Galienus teſtant̄.

Crocotillū: veteres valde exile dicebāt. Plau. Extortis cū crocotillis cruſtulis.

Crocinū pe. cor. genꝰ vnguēti: de quo Pli. li. xiij. Proper. Et crocino nares murrheus vngat onyx.

Crocare et crocire: verba facticia a voce corui: a quibꝰ crocatio et crocitꝰus. penul. ꝓdu. Et crocito tas. frequentatiuū. Plau. Simul radebat pedibus terrā: ⁊ voce crocibat ſua.

Crotalū penult. correpta. grece κρόταλον: crepitaculū/ inſtrumentū muſicū quo Egyptij in deoꝝ cerimonijs vtebant. Pulſant autē laminis quibuſdam crotala ex ere rotundis: ſonū ex colliſione reddentibus a pulſatione dicta: κρότον latine plauſū: ⁊ κροτεῖν: pulſare atq₃ percutere. Sunt qui dicunt crotalū eſſe annulū ereū: qui ferreo baculo percutiebat ad ſonū fiſtule reddendū. Virgl. de copa. Criſpū ſub crotalo docta mouere latus.

Crux: furca ſiue patibulū: in quo damnati figunt. Hāc veteres gabalū vocauere. Var. Nos barbari ꝙ innocētes in gabalū ſuffigimꝰ homines: vos nō barbari ꝙ noxios abſoluitis. Hinc crucio as. a quo cruciatus: et crucifigo is.

Cruciū: vinum inſuaue: ꝙ bibendo cruciet.

Crudus a. um. recens atq₃ acerbum: vt crudū vulnus: id eſt recens: ⁊ quaſi adhuc cruentum: a quo recrudeſcere dicimus: quaſi renouari/ et ad priſtinā acerbitatē redire. Et crudū dicimus in paſſiua ſignificatione/ qd non eſt coctū: a ſimilitudine crude carnis q̄ adhuc cruēta eſt. Similiter cruda poma dicunt q̄ acerba atq₃ imatura ſunt. Cice. Poma que cruda ſunt vt auellunt: q̄ autē cocta et matura/ decidūt. Itē Crudi cibi: qui indigeſti ⁊ nondū concocti ſunt in ſtomacho. Iuue. Et crudū pauonē in balnea portas. In actiua vo ſignificatione: vt Crudus hō cuiꝰ ſtomachus nō facile ꝯcoquit: Quint. Crudo oratori declamandū nō putat. Ci. Qd in cenā nō veniret ꝙ eſſet crudior. Et crudꝰ dicit qui eſt truci aſpectu. Hinc cruditas. Col. lib. vij. Cruditatis ſigna ſunt crebri ructꝰ/ ac vētris ſonitus/ faſtidia cibi.

Crudeſcere: eſt crudū fieri: a crudeo des. Inde incrudeſco et recrudeſcere.

Cruor: ſanguis ex aliquo vulnere ſpargit.

Cruento as. cruore inficio. Hiero. Pauimenta patris ſanguine cruentata.

Cruentꝰ ta. tum. qd cū cruore eſt: vt Cruenta victoria. Sal. Cauete ne animā amittatis: neu capti, potiꝰ ſicut pecora trucidemini/ q₃ viroꝝ more pugnātes cruentā atq₃ luctuoſā victoriā hoſtibꝰ relinquatis. Huiꝰ cōtrariū eſt incruentus ta. tum. qd eſt ſine ſanguine. Idē. Nec tū exercitꝰ ꝑli romani letā aut incruentā victoriā retulit. Aliqñ cruentꝰ ponit ꝓ crudeli: vt cruenta vox/ cruenta oratio.

Crudelis: a cruore: q̇ eſt imitis/ aſper.

Crudaria: argēti vena: q̄ in ſūma reperta eſt.

Crumena pe. ꝓduc. loculus: a κρεμάω ſuſpendo: ꝙ plerūq₃ ſuſpēſa geſtet. Quidā cū h. ſcribūt απο του χρηματοσ/ que eſt pecunia. Iuue. Quis enī te deficiente crumena. i. pecunia: cōtinēs ꝓ cōtento. Crumenula diminutiuū eſt.

Crus: tybia: ꝙ illo curramꝰ. Sunt aūt crura a genibꝰ/ vſq₃ ad inferiorē pedē nō equali mō ducta: ſed teretibus ſuris extantibꝰ ſenſimq₃ tenuatis firmata. Tibia eſt os: Sura: caro exterior: crus ex ſura ⁊ tibia cōſtat: cuiꝰ diminutiuū eſt cruſculū. Var. Pectꝰ cicade cruſculumq₃ formice.

Cruſtuminū: oppidū iuxta Veios: a q̄ cruſtumini dicti: ⁊ cruſtumina tribꝰ: ⁊ cruſtumina pira: q̄ et cruſtumia

Cruſtumia pira ſūt: q̄ ex pte rubētia putāt. Gla (dicūt ciola nūc dicta a cruſtumio oppido ſic appellata. Vir. li. ij. Ge. Cruſtumijs ſirijſq₃ piris grauibuſq₃ volemis.

Cruſta. eſt pars exterior eoꝝ q̄ nō comedunt: vt vitri/ marmoris/ ligni/ gelu/ ⁊ hmōi. Vñ icruſtare marmore dicimꝰ parietes: q̄ externe tabulis marmoreis veſtiunt. Vir. li. iiij. Ge. Cōcreſcūt ſubite currēti in fluminis cruſte. Pli. Cruſtas parietū exciſas tabul. marginatis incluſas eſſe. Huiꝰ dimi. eſt cruſtula. Iuuen. Nos colaphū incutimꝰ lambenti cruſtula ſeruo. Cruſta etiā dicit quā vulnꝰ ſeu vlcꝰ ducit qñ ſolidat: q̄ detracta fere remanet cicatrix.

Cruſtū: eſt eoꝝ q̄ comedunt: vt ſit pars panis vel placente vel alteriꝰ edulij. Virgl. Patulis nec parcere q̄dris fatalis cruſti. Vñ ꝑ diminutionē cruſtulū. Hora: Vt cruſtula blādi Doctores elemēta velint vt diſcere pma. Qd genꝰ dulciarū eſſe putat Porphyrio. Inuenit tñ cruſta ⁊ cruſtula dici de his q̄ comedunt. Hiero. in Exo. Tolle panes azymos et cruſtulā abſq₃ fermēto. Var. de lin. lati. Cruſtulū a cruſta pulte: eo ꝙ vt corium exurit/ cruſta dicta.

Cruſtare: a quo incruſtare: ſignificat cruſtā ducere ſeu applicare. Unde cruſtati parietes: id eſt cruſta marmoris intecti. Secabant enī marmora in laminas/ et parieti apponebant. Primꝰ apud romanos Mamura eques/ domꝰ ſue parietes legit e formijs in Celio monte operuiſſe. Hinc vaſa que vitreis cruſtis tecta ſunt/ cruſtata dicunt.

Cruſtariꝰ: qui incruſtat. Pliniꝰ. Habuit et teucer cruſtarius famam.

Cruſtariꝰ a. um. qd ad cruſtas ptinet: Vñ cruſtrie taberne: quibꝰ cruſtata opa vendunt.

Crypta: ſubterranea cauerna vel teſtudo: ab κρυπτω verbo greco qd eſt occulto. Iuue. Et ſolitꝰ medie cryptā penetrare ſuburre.

Crypto porticꝰ: nomē cōpoſitū ex greco latinoq₃: et ſignificat ſubterraneas porticꝰ cū amplis feneſtris: q̇bus refrigerādi gr̄a ꝑ eſtatē vtimur. Poteſt etiā dici porticus vndiq₃ ſepta/ ⁊ quaſi ſapimēto parietū abſcōdita tāq₃ ſubterranea. Pli. in epiſtol. Subeſt crypto porticꝰ ſubterranee ſilis eſtate incluſo frigore riget: contentaq₃ aere ſuo nec deſiderat auras nec admittit. Hinc crypticꝰ a. um. qd ſignificat occultū ⁊ ſubterraneū. Sidonius. Potēs antiquitꝰ crypticis arcubus fornicauit. Iul. Firmicꝰ crypticos hoies appellat ſecreta fideli taciturnitate cuſtodiētes.

Cryſtallus/ fe. ge. ⁊ Cryſtallū dicit ex κρυοσ qd eſt gelu. στελλω cōtraho: ita vt gelu concretū cryſtallum dicat. Nā vt ſcribit Pli. ex gelu vehementiore ꝯcreto naſcit. Nō alibi certe repit/ q₃ vbi hiberne niues rigēt: glacieq₃ eſſe certū ē. Hinc cryſtallinꝰ a. um. pecor. Mar. Frāgere dū metuis cryſtallia frāgere peccas. Iuue. Grādia tollunt cryſtallina maxia rurſus. Murrina deinde adamas notiſſimꝰ ⁊ beronices.

C Ante T

Cteſiphō pe. cor. nomē architecti: q̇ tēplū Diane epheſie tradit extruxiſſe opꝰ mirabile/ ⁊ toto orbe celebratū: qd poſtea ab Eroſtrato incēſū fuit: hac tm̄ d cā: vt ob aliqd facinꝰ noiaret: rurſuſq₃ ornamētis muliebribus collatis edificatū. Vide in dictiōe Epheſus. Itē Cteſiphon locus parthorū. Stra. lib. xvj. ſic habet. Prope Seleuciā vicꝰ maximꝰ eſt noie ⁊ re Cteſiphō in q̇ parthoꝝ reges hyemabāt. Hic vicꝰ ciuitatis potentiā ac magnitudinē habet a deo: vt parthoꝝ multitudinē ⁊ apparatū oēm recipiat: ac venalia ac neceſſaria artificia illis ſuppeditet. Quin ⁊ Cteſiphontem babylonici regni caput fuiſſe Pli. lib. vj. ſcribit.

C Ante V

Cubo as. bui. itū. Cuius cubatio nō cubitio: ſicut et eiꝰ cōpoſita: que tā prime q₃ tertie coniugationis inueniuntur: vt Accubo bas. et accumbo bis: decubo bas. et decumbo bis. incumbo bas. ⁊ incubo bis. recubo bas. et recūbo bis. occubo bas. et occūbo bis. Virgil. Nec adhuc crudelibꝰ occubat vmbris: id ē iacet mortuus. Idē. Seu verſare dolos: ſeu certe occum/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN